LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 60v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

mas: sed insinuari potuis in corpora: & de alijs in alia migrare: non
putauerunt aliter fieri posse: ut supplint animae post corpora: nisi unde
antur fuisse ante corpora: Par igitur ac prope silis error est partis utrius
q; Sed hec in preterito falsa est: Illa in futuro: Hemo uidit: quod est ve
rissimum & nasci animas & non occidere: Quia cur id fieret. aut
q ratio esset: homines nesciunt: Multi ergo ex his: quia eternas esse
animas suspicabantur: tamq; in celum migraturi essent: sibi ipsis mano
manus intulerunt: ut Cleantes & Crysippus ut zeno ut empedocles: qui se in
ardentis etne specus in tempesta nocte deiecit: ut cum ipsente nō apparuis
set: abisse ad deos crederetur: & ex romanis Cato. qui fuit in omni sua
vita socratice vanitatis imitator. Nam Democritus in alia fuit persuasione:
sed tamen sponte sua leto caput obuius obtulit ipse: Quo nihil scele
ratius fieri potest: Nam si homicida nephanius est: quia hominis ex
tinctor est: eidem scelere ob strictus est: qui se necat: Immo vero maius
esse id facinus estimandum est: cuius ultio soli deo subiacet: Nam sicut
in hanc uitam non ira sponte venimus: ita rursus ex hoc domicilio cor
poris: quod tuendum nobis assignatum: eiusdem iussu recedendum est: qui
nos in hoc corpus induxit: tam diu habituros: donec iubeat emitti: & si
uis aliqua inferatur: equa mente patiendum est: eū extincta innocens
anima multa esse nō possit: Habeamus q; iudicem magnum: cui soli
iudicia integra semp est: Homicide igitur illi omnes phi: & ipse roma
ne sapientie princeps cato: qui anq se occideret: plegisse platonis libru
dicitur: qui est scriptus de eternitate animarum: & ad summu nephas phi
auctore compulsus est: & hic tamen aliquam moriendi causam uidetur
habuisse odio seruitutis: Quid ambrachiotes ille: qui cum eundē libr
plegisset: precipitem se dedit. nullam aliam ob causam: nisi q platoni cre
didit: Execribilis prorsus ac fugienda doctrina: si abigit hominis uita
Quod si scisset plato atq; docuisset a quo & quō & quibus & que ob ca
& quo ipse immortalitas tribuatur nec Theobritum impegisset in morte
voluntariam: nec catonem: Sed eos ad vitam & iustitiam potius erudis
set: Nam mihi cato uidetur causam q fisse moriendi: non tam ut
cesarem fugeret: q ut stoicorum decretis obtempperet: quos sectabatur su
umq; nomen grandi aliquo facinore clarificare: cui quid mali potuit
accidere: si uiuere non inuenio: Cuius h. cesar ut erat clemens: nihil
aliud efficere volebat & in ipso belli ciuilis ardore: q ut bene mereri de rep
uideretur: duobus optimis ciuibus Cicerone & Catone seruatis:—
Sequitur Caplin decimū nonum:—